




PRO-RECTOREM MAGNIFICVM  
ILLVSTRISSIMVM S. R. I. COMITEM  
PERILLVSTRES BARONES  
PROCERES AC CIVES ACADEMICOS  
OMNIVM ORDINVM HONORATISSIMOS  
*COLLEGII IVRE- CONSVLTORVM*  
IN ACADEMIA VITEMBERGENSI  
H. T. DECANVS  
**IO. HENRICVS ALBINVS, D.**  
FAC. IVRID. ASSESSOR ET CIVITATIS  
SYNDICVS

AD  
DISSERTATIONEM IN AVGVRALEM  
NOBILISSIMI I. V. CANDIDATI  
**FRIDERICI FLORENTIS RIVINI**  
LIPSIA MISNICI  
AD DIEM XIII. APR. A. R. S. cIs Icc XXXIV.  
IN  
*AVDITORIO MAIORI*  
HABENDAM  
EO, QVO DECECT, CVLTV ET STVDIO  
INVITAT.

PRO-FEOTOREM MNG  
HISTORIUM SRLT C  
PUBLI-PASTRIS RAI  
PROCERIS AC CLAES AC  
OMINIS OLIMIA HONORIS  
COVETUS IN RAE CONSUL  
IN ACADEMIA ALTHEN  
H. T. D. N. A.  
IO. HENRICI THIR  
LOG. JARID. ASSessor ET  
SYNDICAS  
AD  
DISSERTATIONI INVA  
NODISSIMI ET A. GUND  
FRIEDERICI FEOTORE  
HIPSIVI MHSNICI  
AD DIAM ZIV APR 20 18  
IN  
ANDITORIO MAM  
HEBENDAW  
GO. GO. MECU. QVTA  
INITIAL



rigula mercuriali, aut alio,  
quod humani ingenii so-  
lertia inuenit, artificio, ut  
fines agrorum ripis uel flu-  
minibus tum publicis, tum  
priuatis adiacentium quae-  
rantur, uel ut in illorum constitutione,  
**RIPVARIORVM** Lege, pro conseruan-  
da limitum memoria, adductis solenni cere-  
monia in rem praesentem pueris alapae in-  
fligantur et aures uellicentur, minime opus  
est. Scilicet agri alii assignati uel limitati,  
alii arcifinii sunt; illi propriis limitibus circum-  
scribuntur et terminantur, dum uel manuum

opera, lapides, arboresue terminales ponuntur, aut fossae ducuntur, uel saltem quantitas agrorum certa mensura, ueluti certo iugerum numero definitur; Hi certis mensuris non continentur, sed arcentur fines eorum ab obiectu fluminum uel montium. In illis romanorum iure alluisioni locum non fuisse constat, in his uero iure gentium et quidem secundario, prout nonnulli loquuntur, praediorum accolaram priuatum fines, ob communem utilitatem et quolites, quae alias hac in causa inter limitaneos infinitae forent, euitentur, hodieque alluvione mutantur. Hinc saepissime contingit, ut, pro mutatione riparum, cum alluvio singulis fere momentis, insensibili tamen modo et minutatim, flumina uariet, et tamen impossibile sit, illa certis includere terminis, etiam agrorum imo territoriorum fines modo augeantur, modo diminuantur, quo intelligitur, quare id, quod per alluvionem agro meo flumen adiecit, iure Gentium mihi acquisitum esse §. 20. Instit. de R. D. dicatur.

Est enim eiusmodi accessio aequissima, imo iustissima, quia ager alluuius non est nouus

nous fundus per se, sed pars illius, cui accessit et pars integralis. A YMO de jur. Al-  
lu. lib. 2. c. 16. n. 4. et nullo facto possessori alieno fundo quidquam detrahitur, sed eo ignorantе, et quandoque etiam inuitо ipsius agro, naturae beneficio paulatim ali-  
quid additur. Quapropter alluvio, quam-  
uis etiam per aliquod tempus alicuius mo-  
menti facta sit, et eius incrementum insigne  
appareat, merito tamen riualibus relinquenda,  
siquidem non leuia damnа sustinent,  
multa saepe incommoda per inundationes  
patiuntur, et ripas, ne ui fluminis totus ager  
abripiatur, magnis sumtibus, munire tenen-  
tur. Atque hae, ni fallor, sunt genuinae  
rationes, ob quas non modo iure Romano,  
sed etiam Saxonico, augmenta per alluvionem  
facta non fisco seu Principi, sed pri-  
uatis, acquiruntur. L. 7. §. 1. L. 56. n. de A.  
R. D. L. 1. et L. 3. C. de Alluv. Lib. 2. Land-  
art. 56. ibique glossa. CARPOV. P. 3. C. 13.  
def. 17. LEYSER in iur. Georg. lib. I. C. 42.  
n. 46. STRVV. Exerc. XLI. §. XXVI. et quod  
hodie ius alluvionis etiam in agris limita-  
tis et certa mensura constantibus, modo ad  
flumen usque pertingant, locum habeat,  
FRITSC H. in notis ad AYM. lib. I. c. 17. STRVV.

*cit. l.* Imo; quod aucto Dominio per allu-  
tionem etiam iurā nostra augeantur. A YMO  
*lib. II. c. 16. n. 13. 14.* Hinc aucto praedio ser-  
uiente, ipsa etiani tam personalis quam realis  
seruitus augetur, hinc iurisdictio ampliatur et  
alluusionis augmentum, quod fundo emphy-  
teutico uel feudatario accreuit, quoad di-  
rectum dominium, Domino directo, quo-  
ad utile uero Emphyteutae uel Vasallo ce-  
dit. CARPZ. *cit. loc.* LEYSER. *cit. l. n. 28.*  
*29.* Nam proprietas riparum, quia flumi-  
na ex priuatorum praediis ripas et alueos  
suos quasi mutuantur, quod ex eo appa-  
ret, dum saepius mutando alias faciunt,  
illorum est, quorum praediis haerent.  
*§. 4. I. de R. D.* Perillustr. de WERNHER.  
in *Obseru. for. P. VI.* pag. 769. qua de cau-  
sa etiam arbores in iisdem natae eorundem  
sunt. ZIEGLER. de *iur. Mai. lib. 2. c. 15. n. 15.*  
et fundo uendito, ripae tanquam appendix  
simil uenditae censemur. NIC. MEVRER  
vom Wasser-Recht. *P. I. §. Weiter. etc.* Ideo-  
que permittitur etiam praediiorum fluminis  
bus adiacentium dominis, ut ripas, agro-  
rum suorum tuendorum causa, muniant,  
quod, si ripae ad ipsos non pertinerent,  
facere nullo modo possent. Haec quidem  
nostrae

nostrae sententiae obstare uidentur, quod  
hodie flumina publica inter Regalia refe-  
rantur, eorumque proprietas sit Principis  
uel Domini territorii, et flumen tribus par-  
tibus, alueo nimirum, aqua profuente et  
ripis constet, de parte autem idem dicen-  
dum sit, quod de toto. Verum enim ue-  
ro dubium hoc facile, distinguendo inter  
proprietatem et usum riparum, remouetur.  
Ripa enim, saltem quoad usum, et quidem  
propter usum fluminis, publica est, et ad  
Principem pertinet, siquidem ripae seruitu-  
tem quasi debent flumini, cuius usus sine  
usu illarum nullus est. Cui accedit, quod  
continens non sit pars contenti, nec pars  
contenta continentis, et a littoribus ad ri-  
pas argumentari haud liceat, cum illa a ma-  
ri quotidianis accessibus occupentur et ei  
subiiciantur, e contrario hae non conti-  
neantur, sed aquam profuentem contineant.  
*L. I. f. 5. de flum.* Minimeque solidum est,  
quod CARPOVIVS habet, argumentum,  
dum P. 3. *Conſt. 10. def. 13.* statuit, posse Prin-  
cipem, si uelit, alluvionis ius, priuatis adi-  
mere, idque sibi suoque fisco afferere.  
Nam quamdiu nondum tale ius singulare  
constitutum est, fruimur utimurque bene-  
ficio

ficio, quod communi ubique iure et consuetudine confertur et firmatur.

Haec, occasione Dissertationis in auguralis, quae a dignissimo iurum Candidato D<sup>n</sup>. FRIDERICO FLORENTE RIVINO de *Finium Investigatione* proxime habebitur, praefari uisum fuit. Restat, ut, more consueto, Vitae Curriculum, quod vocant, quemadmodum ab ipso D<sup>n</sup>. CANDIDATO descriptum fuit, subiungam:

Ego FRIDERICVS FLORENS RIVINVS, natus sum Lipsiae die XXIX. Septembr. Anno 1710. Patre QVINTO SEPTIMIO FLORENTE RIVINO, ICto, Potentissimi Regis Poloniae et Electoris Saxoniae glorioissimae memoriae in Summo Provacationum Senatu Consiliario, Supremac, quae Lipsiae floret, Curiae Provincialis et Scabipnatus Aſſeffore, eiusdem ciuitatis Consule, et Aedis S. Petri Curatore: Matre IOHANNA SOPHIA, Viri Summe Reverendi atque Excelleurissimi Domini IOHANNIS ABRAHAMI BIRNBAVM, ICtri, Serenissimi ac Potentissimi Poloniae Regis et Saxontiae Electoris Consiliarii intimi, et Vice-Cancellarii, Capituli VVurzensis Praepositi filia. Quibus parentibus optimis tenerima adhuc infantia orbatus Tutorem, ne dicam patrem, nactus sum affinem meum Dominum D<sup>n</sup>. FRIDERICVM HENRICVM GRAF.

GRAFFIVM, Ele<sup>c</sup>toralis et Ducalis Dicasterii Pro-  
uincialis Supremi Aduocatum Ordinarium, ante ali-  
quot annos in suorum meique dolorem maxi-  
mum prae*matura* pro*h* dolor ! morte defun-  
ctum. Vir hic desideratissimus pro affectu, quo  
me compleetebar, plus quam paterno, nihil  
magis curae cordique sibi habebat, quam ut pu-  
riori ante omnia Religionis Euangelicae doctri-  
na instructus elegantiorum literarum primordia  
rite capesserem. Primum ergo curae ac fidei  
Virorum Nobiliss. ac Clariss. Dn. FIEDLERI,  
GLASERI, VVEINHOLDII, M. VVOLFII Re-  
ctoris postea Herzbergensis, iam iam defuncti, et  
M. LANGENSEE, Rectoris nunc Lindauiensis  
meritissimi demandatus, tandem ductu M. CREL-  
LII, Rectoris scholae quae Francofurti ad Via-  
drum est, celeberrimi, intimiora Mineruae pene-  
trare, et sub cura doctissimi ac fidelissimi Poppii  
limina academie patriae die XXIX. Septembris  
1728. Rectore Magnifico Summe Reuerendo Dn.  
D. BOERNERO salutare potui. Vbi, ut sanio-  
ris Philosophiae principiis recte erudirer, Le-  
ctionibus Celeberrimi Avg. FRIED. MULLE-  
RI, h. t. Rectoris in academia patria Magnifici,  
sedulo interfui, et priuatas fratris dilectissimi M.  
ERNESTI FLORENTIS RIVINI disputationes  
philosophicas assidue frequentau. Postea cum a  
prima pueritia Themidos castris animum dicas-  
sem meum, Illustrem GRIBNERVM et MASCO-  
VIVM, Excellentissimum GEBÄVERVM, fratres  
que meos plusquam uno nomine colendos D.  
IOH. FLOR. P. P. et D. ANDR. FLOR. Supre-  
macie Curiae Prouincialis Aduocatum Ord. RIVI-

Nos preceptores expertus sum doctissimos fidelissimosque. Et ne quid in rerum argumentis obtineat, ignarus plane essem, Collegium Elaboratorio-practicum, praeeunte fratre Venerando D. Ioh. FLOR. RIVINO, non absque fructu uberrimo, audiui. Iuridicis quoque Concertationibus non abstinui, sed et priuatim et An. 1731. sub praefidio fratris D. ANDR. FLOR. RIVINI theses ipsius I. C. publice defendi, nec minus Ao. 1732. sub moderamine fratris Senioris, D. Ioh. FLOR. RIVINI, duabus uicibus die XIX. April. 1732. ad Lib. 42. Schoepfieri, et die XXIII. Augusti eiusdem anni ad Lib. II. Meneckei. respondentis spartam sustinui. Cumque iam pridem apud me constitutum fuisset, ab incluto ICtorum VVittebergenium Ordine, summos in utroque iure honores capessere, Regiam, atque Electoralem hanc Academiam, Rectore Magnifico Dn. D. SCHROEERO, 1733. adii, et ex ore Virorum Illustrium, Magnificorum atque Excellentissimorum, LEYSERI, BASTINELLERI et VVERNHERI doctissima multa atque utilissima edocitus a Celeberrima facultate Iuridica, ut ad examina, pro adipiscendo Doctoris gradu, confuta admitterer, omni obseruantia petiri. Quae uenia cum mihi iam ex uoto data fuerit, nihil amplius restat, quam ut in Cathedra Dissertationem inaugurellem publice defendam.

Hactenus Candidatus noster. Hic cum summos in iure honores ambire decreuifet,

set, haud ita pridem Ordini nostro suum  
desiderium modeste declarauit. Postea igi-  
tur quam in utroque, quod more maiorum  
edendum est, specimine priuato, suam no-  
bis doctrinam p̄aeclare probauit et Leg. 28.  
*π. de Fidei. et mandat. Cap. I. X. de Haere-*  
*ticis* egregie explicuit, reliquum est, ut  
ad publicum, ultimumque eruditio[n]is do-  
cumentum exhibendum admittatur. Hunc  
in finem proxima die XIII. April. Prae-  
side Viro Praenobilissimo, Consultissimo Ex-  
cellentissimoque Dn. IOH. FRIDERICO  
WERNHERO Inst[it]ut. Imperial. PP. Curiac  
Prouincialis, Facultatis Iuridicae et Sca-  
binatus Assessore meritissimo, Patrono, Col-  
lega atque Fautore nostro longe aestimatis-  
simo, Dissertationem de Finibus per Virgu-  
lam Mercurialem non Inuestigandis, horis  
ante et post meridiem consuetis, publice  
uentilandam proponet atque tuebitur.  
Cui Actui solenni, ut *Magnificus Acade-*  
*miae PRO-RECTOR, Illustrissimus CO-*  
*MES, Perillustres BARONES, Acade-*  
*miae PROCERES, nec non Generosi no-*  
*bilissimique bonorum artium Cultores* inter-  
esse, eidemque sua praesentia decus atque  
splen-

splendorem conciliare haud grauentur, Ordo noster, qua decet obseruantia et humilitate rogat, et uicissim studia officiaque promptissima, quae ab eo proficiunt possunt, pro hac benevolentia, me sponsore, pollicetur. Dab. Vitembergæ Saxonum d. 8. Apr.  
A. O. R. M DCC XXXIV.

---

VITEMBERGAE  
LITERIS VIDVAE GERDESIAE.





94 A B78




f

sb.

VDM7

TP  
Oct 1999





PRO-RECTOREM MAGNIFICVM  
ILLVSTRISSIMVM S. R. I. COMITEM  
PERILLVSTRES BARONES  
PROCERES AC CIVES ACADEMICOS  
OMNIVM ORDINVM HONORATISSIMOS  
*COLLEGII IVRE- CONSVLTORVM*  
IN ACADEMIA VITEMBERGENSI  
H. T. DECANVS  
**IO. HENRICVS ALBINVS, D.**  
FAC. IVRID. ASSESSOR ET CIVITATIS  
SYNDICVS

AD  
DISSERTATIONEM IN AVGVRALEM  
NOBILISSIMI I. V. CANDIDATI  
**FRIDERICI FLORENTIS RIVINI**  
LIPSIA MISNICI  
*AD DIEM XIII. APR. A. R. S. cIs 1cc XXXIV.*  
IN  
*AUDITORIO MAIORI*  
HABENDAM  
EO, QVO DECET, CVLTV ET STVDIO  
INVITAT.